Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



207

Nonnos inueniant quasi timentes & re
tractantes ultro pgamus admortē uto con
fidentiā & gaudiū passuri uideant; qui
autē tradidit eū dederat illis signū dicens;
quē cumq; osculatus fuero ipse ē. tenete eū;
Miser iudas & tamen non miserabilis,
eadem infidelitate qua magistrū et dnm
tradidit; putabat signa que saluatorē
uiderat facientē non maiestate diuina
sed magicis artib; facta; & quia eū forte
audierat in monte transiisse tum
timebat ne similis transformatione
elude ret eius manib; ministrorum;
Dat ergo signū ut sciant ipsum ē quē osculo
demonstrare &; & confestim accedens
ad ihm dixit; Haue rabbi & osculatus
est eum; Impudens quidē & scelerata
conscientia magistrū uocare & osculū ei
ingerere quē tradebat; tamen adhuc
aliquid habet de uerecundia discipuli;
cū non eū palam tradit pscriptoribus
sed p signum osculi; Hoc ē signum
qd conposuit dr inc ne quicq; inuenirent &
interficerent eum;